

Ungarn

UNGA 1

1219

Das Generalkapitel des Zisterzienserordens beauftragt den Abt von Egresch (heute Igrış, Rumänien), Abt [Engelbert] von Rein und Abt [Wernher] von Heiligenkreuz, das Ersuchen des Stephan, filii Stephani comitis, um Unterstellung und Inkorporation eines Klosters [Pernau] unter das Kloster St. Gotthard (ö. Jennersdorf) zu untersuchen und darüber dem nächsten Kapitel zu berichten.

Hss.: Überlieferung 14. Jh. in den Statuten des Generalkapitels des Zisterzienserordens von 1219, in Lille, Departementalarchiv, Codex Insulensis (B, laut Wagner). — Überlieferung Ende 17. Jh. in Paris, Bibliothèque de l’Arsenal, MS-926, fol. 334v Nr. 56 (C).

Edd.: Martène/Durand, Thesaurus 4 (1717), Sp. 1326 Nr. 32 („ex MS. Colbertino“). — Fejér, CD Hungariae VII/1 (1830), S. 203 Nr. 168 (nach Martène/Durand?). — Winter, Cistercienser 3 (1871), S. 215 Nr. 7 (nach Martène/Durand). — Canivez, Statuta 1 (1933), S. 514 Nr. 56 (nach Martène/Durand). — Gombos, Catalogus 3 (1938), S. 2162 Nr. 4664 (nach Martène/Durand). — Wagner, UB Burgenland 1 (1955), S. 76–77 Nr. 110 (aus B C).

Reg.: Hervay, Repertorium (1984), S. 154.

Lit.: Hervay, Geschichte der Zisterzienser in Ungarn (1996), S. 30. — Prickler, Zisterzienser als Grundherren (1996), S. 79.

In den Statuten des Generalkapitels des Zisterzienserordens zum Jahr 1219 überliefert, eine nähere Datierung ist nicht möglich.

Wie Wagner, UB Burgenland 1, S. 76, ausführt, ist der Text „entweder verderbt oder unvollständig“. Stephan, filii Stephani comitis, ist „mit dem St.-Gottharder Mönch Stephan, Sohn des Banus Csépán dg. Ják“ zu identifizieren, dessen „Schenkung von Gütern um Pernau und Gründung eines Klosters mit gleichzeitiger Unterstellung unter St. Gotthard“ im Jahr 1221 durch König Andreas II. von Ungarn bestätigt wurde (Edd. in Wagner, UB Burgenland 1, S. 82–84 Nr. 117). Ebenso ist leicht vorstellbar, dass in Cîteaux aus Chepanus Stephanus und aus dem dort nicht so geläufigen Titel Banus comes wurde. Die Angabe sancte Marie erklärt sich entweder als Fehler „in der späten Abschrift der Statuten“ (statt St. Margaretha, der Patronin von Pernau) oder „das zu unterstellende Kloster wird überhaupt nicht näher bezeichnet“ und „das St. Maria als erste Patronin jedes Zisterzienserklosters [gehört] zu St. Gotthard“. Zur Gründung von Pernau siehe des Weiteren Hervay, Geschichte der Zisterzienser in Ungarn, S. 30; Prickler, Zisterzienser als Grundherren, S. 79.

Die Angaben zur Überlieferung „im Codex Insulensis des 14. Jh. im Departementalarchiv zu Lille“ bei Wagner, UB Burgenland 1, S. 76, konnten nicht überprüft werden, da entsprechende Anfragen in Lille mit der Bitte um nähere Auskunft zu dieser Handschrift und Übermittlung eines Scans der betreffenden Stelle unbeantwortet blieben. Nach der Angabe „Codex Parisiensis des 18. Jh.“ bei Wagner konnte in der Bibliothèque de l’Arsenal zu Paris zunächst kein entsprechender Codex ermittelt werden (schriftliche Auskunft durch Céline Boudias vom 24. Mai 2023), eine weitere Suche ergab, dass es sich vermutlich um die, jedoch aus dem 17. Jahrhundert stammende, Handschrift MS-926 handelt (schriftliche Auskunft durch Jérémy Chaponneau vom 30. Mai 2023).

Ediert nach B (vertreten durch Wagner) und C.

Petitio domini Stephani, filii Stephani^{a)} comitis, de subdendo monasterio sancte Marie Sancti^{b)} Godardi in Hungaria et ordini incorporandi committitur^{c)} abbatibus de Egris^{d)}, de Runis et de Sancta Cruce, et quod invenerint studeant sequenti capitulo^{e)} nuntiare.

^{a)} C; filii Stephani fehlt B. – ^{b)} Sancti fehlt C. – ^{c)} comitur C. – ^{d)} Lyris C. – ^{e)} Wortfolge sequenti capitulo studeant C.

UNGA 2

*(1220) Dezember 5, Lateran
[Papst Honorius III.] befiehlt dem Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg, dem Bischof [Karl I.] von Seckau und dem Bischof [Robert] von Wesprim, den König [Andreas II.] von Ungarn aufzufordern, der Kaiserin Konstanze Genugtuung für die ihr einst, als sie wie eine Gefangene in Ungarn zurückgeblieben war, gewaltsam genommenen Kostbarkeiten im Wert von 30000 Mark, die sie im Haus des Hospitals von Jerusalem zu Gran deponiert hatte, zu leisten.*

Hss.: Registereintrag in Vatikanstadt, AAV, Reg. Vat. 11, fol. 42v–43r Nr. 220 (B).

Edd.: Fejér, CD Hungariae III/1 (1829), S. 296–297 (aus B), mit IX kalend. decembris. — Theiner, Vet. Monum. Hung. I (1859), S. 25 Nr. 42 (aus B). — Rodenberg, Epp. saec. XIII I (1883), S. 107 Nr. 152 (aus B, unvollständig).

Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 559 Nr. 6409, zu November 23. — Pressutti, Reg. Honorii papae III 1 (1888), S. 469–470 Nr. 2836. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,3 (1892), S. 1142 Nr. 6412.

Zu den Hintergründen siehe zusammenfassend Oster, Frauen Friedrichs II. (2008), S. 79–81. Zu weiteren Geldforderungen der Kaiserin an König Andreas II. siehe auch Urkunde Nr. UNGA 3.

Ediert nach B.

.. archiepiscopo Salzeburgensi et .. Sechowensi et .. Vesprimiensi episcopis. Cum apud nos esse non debeat acceptio personarum, qui magnum iudicare tenemur ut parvum, sicut

impotentibus contra potentes adesse debemus iuxta nostre plenitudinem potestatis, sic et potentibus viris non debemus auxilium denegare, ne laxare licentiam iniuriis videremur. Sane^{a)} in Christo filia nostra Constantia, Romanorum imperatrix illustris, sua nobis conquestione monstravit, quod cum olim quasi capta in Vngaria remansisset, karissimus in Christo filius noster . . Vngarie rex illustris pecuniam et res alias pretiosas usque ad valentiam triginta milium marcharum, quas in domo hospitalis Ierosolimitani apud Strigonium deposuerat, nec deo nec loco deferens, per violentiam occupavit. Ut igitur dictus rex conscientie sue consulat et honori, serenitatem suam monemus et hortamur attente, ut super hoc eidem imperatrici taliter satisfaciatur, quod nulla ei de se iuste remaneat materia conquerendi. Cum igitur absurdum sit predictae imperatrici negari iustitiam, que humilitatem potentie preferens, non fortitudine sed ratione prosequitur quod intendit, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictus rex monitionem nostram neglexerit adimplere, vos eum ad id districtione, qua convenit, appellatione remota veritate cognita compellatis. Testes autem etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, non. decembr., pontificatus nostri anno quinto.

^{a)} Das (in Analogie zu UNGA 3) zu erwartende karissima fehlt B.

UNGA 3

[1220 Dezember 5, Lateran]

[Papst Honorius III.] befiehlt [Erzbischof Eberhard II. von Salzburg, Bischof Karl I. von Seckau und Bischof Robert von Wesprim], den König [Andreas II.] von Ungarn zur Zahlung von 12.000 Mark an die Kaiserin Konstanze anzuhalten, da diese darlegte, dass der König [Emmerich] von Ungarn ihr bei ihrer Heirat zwei Grafschaften als Dotalgut zugewiesen hatte, um sie, falls sie ihn überleben und in Ungarn bleiben wollen würde, mit den Einkünften zu versorgen, während ihr, wenn sie Ungarn verlassen wollte, 12000 Mark ausgezahlt werden sollten, deren Auszahlung dann aber König [Andreas II.] trotz mehrfacher Aufforderung verweigerte.

Hss.: Registereintrag in Vatikanstadt, AAV, Reg. Vat. 11, fol. 43r Nr. 221 (B).

Edd.: Fejér, CD Hungariae III/1 (1829), S. 297–298 (aus B, unvollständig). — Theiner, Vet. Monum. Hung. I (1859), S. 25–26 Nr. 43 (aus B). — Rodenberg, Epp. saec. XIII I (1883), S. 108 Nr. 153 (aus B).

Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 561 Nr. 6428. — Pressutti, Reg. Honorii papae III I (1888), S. 470 Nr. 2837. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,3 (1892), S. 1142 Nr. 6413.

Die Datierung und die Adressaten ergeben sich aus der Überlieferung im unmittelbaren Anschluss an Urkunde Nr. UNGA 2.

Ediert nach B.

Eisdem. Cum apud nos esse non debeat acceptio personarum etc. usque videremur. Sane karissima in Christo filia nostra Constantia, Romanorum imperatrix^{a)} illustris, sua nobis

conquestione monstravit, quod cum clare memorie . . . rex Vngarie ipsam ducens legitime in uxorem, duos comitatus ei nomine dotalicii assignasset, ita quod si superviveret regi, quamdiu vellet in Vngaria remanere, ipsos cum suis proventibus plenarie retineret, vel si remanere nollet ibidem, duodecim milia marcarum sibi pro dotalicio solverentur, processu temporis viro et filio suo parvulo viam universe carnis ingressis, regnum exivit, set karissimus in Christo filius noster . . . Vngarie rex illustris dicta duodecim milia marcarum, sibi debita iuxta conventionis tenorem, eidem solvere denegat pluries requisitus. Ne igitur dictus rex eidem imperatrici negando debitum iniuriari probetur, quam debet propensius honorare, serenitatem suam monemus et hortamur attente, ut taliter super hoc eidem imperatrici satisfacere studeat, quod ex iustitia gratiam sibi comparet, et nos mansuetudinem regiam possimus merito commendare. Cum itaque non possimus eidem in iure deesse, precipue in huiusmodi causa, in qua pauperculis etiam mulieribus nos favorabiles exhibemus, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus si dictus rex etc. ut supra usque in finem.

^{a)} imperatrix *statt* imperatrix B.

UNGA 4

1225 Juni 6, Graz

Bischof Jakob von Neutra schließt als Bevollmächtigter des Königs [Andreas II.] von Ungarn mit Herzog [Leopold VI.] von Österreich und Steier einen Friedensvertrag („Grazer Vertrag“). Unter anderem erhält der Bischof von Neutra vom Herzog für erlittene Schäden an Personen und Sachen 1000 Mark, die er im Namen des Königs in Empfang nimmt, für weitere 2000 Mark, die in zwei Raten an genannten Terminen gezahlt werden sollen, stellt der Herzog den Juden Techanus unter genannten Bedingungen als Bürgen. Der König verspricht, sein Möglichstes dafür zu tun, dass es bis zum nächsten Michaelisfest (29. September) zu einem Waffenstillstand zwischen dem Herzog und dem Markgrafen von Istrien einerseits und dem Herzog von Bayern andererseits komme, falls letzterer jedoch auf seiner Feindseligkeit beharre, werde der König ihm keine Hilfe gewähren.

Hss.: Gleichzeitige oder zeitnahe Niederschrift in Klosterneuburg, StB, CCl 929, fol. 10r (B).

Abb.: Dienst, Grazer Vertrag (MIÖG 90, 1982), Tafel nach S. 48.

Edd.: Fischer, Klosterneuburg 2 (1815), S. 177–179 Nr. 33 (aus B). — Fejér, CD Hungariae III/2 (1829), S. 9–10 (nach Fischer). — Friss, Monumenta 1 (1903), S. 5–6 Nr. 9 (nach Fischer, unvollständig), zu Juni 4. — Wagner, UB Burgenland 1 (1955), S. 101–102 Nr. 142 (aus B). — Dienst, Grazer Vertrag (MIÖG 90, 1982), S. 46–48 Anh. Nr. 1 (aus B). — Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 139–141 Nr. 1099 (aus B).

Reg.: Meiller, Reg. Leopold (NBl ÖGL 1, 1843), o. S. Nr. 129. — Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 136 Nr. 200. — Böhmer, Wittelsbach. Reg. (1854), S. 11. — Oefele, Grafen von Andechs (1877), S. 203 Nr. 643a. — Böhmer/Ficker/Winkelman, RI V/2,3 (1892), S. 1526 Nr. 10032b. — Böhmer/Ficker/Winkelman, RI V/2,4 (1894), S. 1623 Nr. 10944. — Koch/Wille, Regesten 1 (1894), S. 10 Nr. 206. — Aronius, Reg. Juden

(1902), S. 189–190 Nr. 429. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 210–211 Nr. 419. — Gombos, *Catalogus 2* (1937), S. 934 Nr. 2259. — Brugger/Wiedl, *Reg. Juden I* (2005), S. 20–21 Nr. 7.

Lit.: Muchar, *Geschichte der Steiermark V* (1850), S. 102. — Juritsch, *Geschichte der Babenberger* (1894), S. 487. — Scherer, *Rechtsverhältnisse der Juden* (1901), S. 126. — Schwarz, *Juden in Wien* (1917), S. 15. — Pirchegger, *Geschichte der Steiermark I* (1920), S. 186. — Caro, *Sozial- und Wirtschaftsgeschichte I* (1924), S. 441–442. — Belitzky, *Sopron vármegye története I* (1938), S. 374. — Popelka, *Geschichte Graz 2* (1935), S. 332. — Elbogen, *Germania Judaica I* (1963), S. 260, 398. — Zöllner, *Projekt einer babenbergischen Heirat (AfÖG 125, 1966)*, S. 68. — Auer, *Österr. Briefsammlung (MIÖG 77, 1969)*, S. 63. — Hausmann, *Kaiser Friedrich II. und Österreich* (1974), S. 239. — Rösch, *Wirtschaftsbeziehungen (ZHVSt 70, 1979)*, S. 78–79. — Dienst, *Grazer Vertrag (MIÖG 90, 1982)*, S. 3–46. — Zimmermann, *Ungarnpolitik (ZWL 41, 1982)*, S. 317, 320. — Andics, *Juden in Wien* (1988), S. 115. — Lohrmann, *Judenrecht* (1990), S. 50–51. — Hörger, *Gottesgnadensalz (JbLkNÖ NF 57/58, 1991/92)*, S. 76. — Lindeck-Pozza, *Juden zwischen Ungarn und Österreich* (1993), S. 14. — Lohrmann, *Wiener Juden* (2000), S. 33. — Berend, *Gate of Christendom* (2001), S. 118, 126. — Csendes/Oppl, *Wien* (2001), S. 265. — Kosi, ... *quae terram nostram et Regnum Hungariae dividit ... (ZČ 56/1–2, 2002)*, S. 65–66. — Kupfer, *Weinviertel* (2017), S. 254.

Zu Überlieferung, Form, Verfasser (Bischof Jakob von Neutra), Inhalt und Hintergründen siehe umfassend Dienst, Grazer Vertrag (MIÖG 90).

Ediert nach B.

Hec est forma pacis inter regem Hvngarie et ducem Austrie et Styrie renovata per dominum Iacobum Nythriensem episcopum. Quod advocatie, quas advocati dicebant se non iniuriose habere, sed donatione dominorum terre, sine fraude sint remisse. Terre vero quecumque fuerunt occupate cum vineis et satis sint restitute nec aliquis herbas falcandi, silvas secandi, prata depascendi habeat facultatem nisi iusto et consueto tributo dominis persoluto, quod tributum sive census nec augebitur nec minuetur. Illi autem, qui dicunt se terras habere ex privilegio regis vel donatione in feodum, debent fidem facere regi de super possessionibus de privilegio vel donatione in feodum, et si quid ultra datum occupatum est restituent. Pro dampnis omnibus personarum et rerum dux solvit mille marcas^{a)} Nytriensi episcopo, quas ipse episcopus nomine regis recepit, et super duobus milibus marcarum solvendis per mille et mille marcas in duobus terminis festo scilicet sancti Michahelis et purificationis sancte Marie constituit fideiussorem Iekanum^{b)} iudeum cum voluntate eiusdem iudei, que duo milia, si iudeus ut dictum est non solverit rex solutus erit ab hiis M marcis^{a)}, in quibus singulis annis duci tenetur, nisi dux de voluntate regis illas possit obtinere. Item si milites Hungarie terras suas firmare voluerint, nec clam nec palam offendentur per ducem vel per suos de ducis conscientia. Licet etiam eis facere super aquam molendina, et quilibet debet uti utroque littore in molendinis prout ei placuerit. Aqua etiam non educatur ab alveo, quin maior pars remaneat in alveo. Castrum in Pinka edificatum paratus est dux in presentia regis probare in dominio suo esse. Decime quoque solventur de vineis et satis sive sint predia vel vineę date per privilegium regis vel date in feodum. De Salomone dicit dux, quod est satisfactum et pacificatum. De comite Nycolao dicit, quod ipse dimisit super ducem. De Rvdolfo Maze dicit,

quod mittet ipsum ad regem sub securitate Gevriensis episcopi eundo et redeundo et terra illa debet esse in sequestro, donec convincatur vel vincat. Item promisit rex, quod daret operam reformationi pacis inter ducem Austrie et marchionem Hystrie ex una parte et ducem Boarie cum receptione treugarum usque ad festum sancti Michahelis proximo adventurum. Quod si ducem Boarie contra ducem Austrie et marchionem in iniusta causa perseverantem invenerit, ipsum contra predictos ducem scilicet et marchionem et eorum coadiutores nullatenus adiuvabit. Item dominus rex tenebit pacem firmissimam et dilectionem cum duce Austrie et tenebit iuramentum olim a rege duci Austrie prestitum. Super hiis data est facultas domino C(uonrado) Portuensi et sancte Ruffyne episcopo, apostolice sedis legato, excommunicandi alterutram partem, que conventioni in hac carta scripte non steterit. Dux autem erit immunis ab excommunicatione super tribus milibus marcarum per se et fideiussorem iam solutis. Acta sunt hec apud Græz per dictum Nythriensem episcopum vice regis et duce presente, VIII id. iunii, anno domini M^o CC^o XXV^o, indictione XIII^a.

^{a)} marca B. – ^{b)} Auch die Lesung Tekanum ist möglich B.

UNGA 5

1244 Oktober 11, Zalavár

König Bela [IV.] von Ungarn überlässt dem Grafen Michael von Warasdin (heute Varaždin, Kroatien) genannte Besitzungen, dies unter anderem im Hinblick auf seine Verdienste um die erfolgreiche Verteidigung der Reichsgrenzen um Warasdin und Pettau gegen mehrere [nicht namentlich angeführte] Übeltäter.

Hss.: Original in Budapest, MOL, DL 271 (A).

Abb.: <https://archives.hungaricana.hu/hu/charters/view/3072>

Edd.: Wenzel, Cod. dipl. Arpad. VII (1869), S. 157–159 Nr. 104 (aus A). — Smičiklas, Cod. dipl. IV (1906), S. 245–247 Nr. 214 (aus A).

Reg.: Kukuljevič-Sakcinski, Regesta (1896), S. 140–141 Nr. 467. — Kos, Gradivo V (1928), S. 400 Nr. 842.

Inwieweit die Gegend um Pettau von den angedeuteten Auseinandersetzungen selbst mitbetroffen (oder mitbeteiligt) war, geht aus dem Text der Urkunde nicht hervor. Jedenfalls konnte dieses Stück nicht beiseite gelassen werden.

Siegel fehlt.

Ediert nach A.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroachie^{a)}, Rame, Servie, Gallichie^{a)}, Ladomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo qui regibus dat salutem. In partem cedit sollicitudinis illustrium, circumspencionis sue oculos super universos sibi subditos inicere et bonos pro apparato lucro remunerare, servum vero torpentem ab opere bono condemnare; vulpecule vero, que multorum perpetracione malorum regni eciam sublimes demoliuntur, sapiencia capi debent, ut liberius possint boni in via mandatorum domini ambulare. Proinde ad universorum presencium et posteriorum noticiam

harum serie volumus pervenire, quod dilectus et fidelis noster Michael comes de Vorosd, frater Buzad comitis, a primevo puericie nostre tempore exhibuit nobis eminentia fidelitatis opera liberaliter et libenter, adeo ut nostro adhuc tenero lateri ardenti desiderio coniunctus, in custodia et tuicione persone nostre nulli se et sua [pericul]o^{b)} exponere formiduos^{a)}. Postmodum autem cum regnum nostrum divino iudicio fornax s[uccenderat Thartharor]um^{b)}, ex multa fiducia quam [ab eiu]s^{c)} fidelitate mens regia obtinebat, cor nostrum et animam nostram, karissimum videlicet primogenitum nostrum ducem Stephanum inclitum et illustrem in manus eius duximus commendandum, qui eundem primogenitum nostrum una cum aliis prolibus nostris tristi tempore letus retinens in deliciis convenientibus sanos recondidit et illesos. Demum vero cum partes maritimas adissemus, idem comes Michael confinia nostra circa Vorosd et Petouiam in tante turbacionis tempore contra malefactores quamplurimos illesa et indempnia potenti virtute validoque brachio conservavit, proficiscendo de virtute in virtutem et in sua fidelitate culmen constancie ascendendo. Et quia longum esset enarrare per singula eius opera laude digna, saltem ut per radicem comprehendamus ramos, frondes et fructus arboris commendande, ipsius generacio fidelis semper extitit corone regie ac devota utpote in regno suo fructus dulcissimos, nam barones fidelissimos germinavit. In contrarium vero quidam de Sclavonia nomine Puchuna tot et tanta in regno nostro ducente maligno spiritu mala perpetravit, propter que membratim per diversa loca suspendi, toto regno contra ipsum reddente testimonium, merebatur, clamantibus contra ipsum homicidiis multis et aliis nephandis criminibus et specialiter sanguine magistri Ochuz filii Ochuz bani, quem inter alios crudeliter interfecit; cuius mors fecit tristitiam toti regno; que multa et enormia nostro et nostrorum baronum et tocius regni nostri iudicio ipsum ad alicuius horrende mortis periculum perducebant. Verum quia misericordiam diligimus, ut a misericorde et id testante domino misericordiam consequamur, eodem Puchuna possessionibus suis omnibus, per quas transgredi poterat et transgrediebatur facere mala et fecit, iustissime spoliato, personam ipsius libere abire permisimus sub eo condicionis ligamine, quod lesis per ipsum satisfaceret, de cetero talia committere postponendo. Cuius possessiones videlicet Lobur et Velica, Clenonik ac Zlogonam cum omnibus attinenciis suis, prenominato Michaeli comiti de Vorosd et suis heredibus in memoriam multiplicum serviciorum eius, non tamen in plenam reconpensationem, cum longe minus sit, quod ei offerimus in presenti, quam que ab ipso suscepimus^{a)} indecidue fidelitatis ac eminentium serviciorum munera frequentata, in perpetuum contulimus, pleno iure sub eisdem metis et terminis et signis, quibus dictus Puchuna eas noscitur tenuisse. Ne igitur in posterum dictum Michaellem vel suos heredes heredumque successores super eisdem possessionibus quispiam valeat inquietare vel aliquatenus molestare, sed eis omnibus fidelibus serviciis acquisita perpetuo et irrevocabiliter perseverent, presentes in perpetuam huius rei memoriam concessimus litteras duplicis sigili nostri munimine iure perpetuo et irrefragabiliter roboratas. Datum apud castrum Zala, anno dominice incarnationis millesimo^{d)} ducentesimo^{d)} quadragesimo^{d)e)} quarto, quinto^{e)} idus^{d)} octobris, regni autem nostri anno^{d)} nono^{d)}.

^{a)} A. – ^{b)} Durch Falz unkenntlich A; Ergänzung nach Smičiklas. – ^{c)} Loch A; Ergänzung nach Smičiklas. – ^{d)} Folgt Zeilenfüller A. – ^{e)} q zur Zeilenfüllung lang gezogen A.